

EZECHIAS CONVALESCENS

SEV

ADPLAVSVS

Ad Anniuersarium Auspicatae Electionis Diem
REVERENDISSIMI, PERILLVSTRIS,

AC AMPLISSIMI

DOMINI, DOMINI

IGNATIII

ORD. SS. P. BENEDICTI,

Antiquissimi Monasterii ad Quercum Inferiorem

PRAESVLIS *[Verf:]*

VIGILANTISSIMI, *Bleda Schallhammer*

Vtriusque Bauariae

ABBATVM PRIMATIS:

Nec non

Ecclesiae Cathedralis Bambergensis Canonici, Celsissimi, ac
Reuerendissimi S. R. I. Principis, & Episcopi ibidem Collateralis Nati,
Praepositi in Rinehna, ad S. Oswaldum, & Spitz Auftriae Infer.

Domini in Hengersperg, Arnbruck, & Kirchberg

S. Cong. Cassinensis

ABBATIS DIGNISSIMI,

Domini ac Patris sui perquam Gratiosi &c. &c.

Deuotissime oblatus

Anno 1763. Die 26. Julii.

STRAVBINGAE, Typis Cassiani Betz.

Haec dicit Dominus DEVS - - -
ecce sanavi te - - - & addam diebus tuis.

Lib. 4, Reg. cap. 20, v. 5. & 6.

*Textus hunc composuit P. A. A. ac doctissimus Dominicus
L. Beda Abrahamus Wagingensis. Salisburgensis.*

PERSONAE CANTANTES.

EZECHIAS. *P. A. foater Iron: leophting
Bausfchmid Monacensis.*

ISAIAS. *P. A. Dominus Pater Josephus Resz
Salisburgensis Natg.*

ANGELVS. *Josephus Eberhard Haunec
Korfenfis Seminarista.*

ELIACIM. *P. A. ac doctissimus Dominus L.
Romanus Pater Geissenhufa*

GENIVS ALTAHAE. *Paulus König
Landorviensis Bass Seminarista.*

*Modulos huc suos composuit Dominus foater An-
selmus Weifs Riedensis Sogis.*



* * *

Eliacim. Sic est, populus dilectus! ante quem Tibi
Paulo Numen dedit Principem, huius iubar
Nunc obnubilare intendit regium, & *viam*
Omnis carnis inire eum coget. Hoc ratum,
Ita enim Amoitides. Ast qui iustitiae
Cuncta det DEVS, quin & aliquid gratiae?

Non greges pipientes
Gallinae sub alis sic fouent;
Non paruuli fugentes
Parentis cor citius mouent;
Ac Numina benigna
Subiectos sibi custodiunt,
Si obsecramur digna,
Et preces nostras exaudiunt.

Experientia satis, quae audistis, probat.
Quid ergo nostras irretiat mentes metus,
Liberae in polum quo minus auolent preces
Firma pro tanti incolumitate Principis?
Ergo mecum guttura soluitote in preces.
Certo oratio alia non est iusta magis.
Sperato istis (iunctis votis) eripi plagis.

CHORVS.

O! sit locus gratiae!
Laus erit clementiae.
O! leniare!
O! recordare!
Praecepti amans, quod & gregis,
Istius custos sicut legis
Eheu flectere!
Et nostri serua vitam Regis,
Haec populi dilecti
In genua proiecti
Exaudi vota
Sincera tota,
Effundas salutis vt rorem
In vere ne decidas florem
Heu! mitescere!
Paternum canamus amorem.

Et vident! ipse, qui mortis nuntius erat,
Ad nos pedes. (Superi faxint) bona ferat!
Viuet Rex? - - -

Isaias. - - - Nil minus: *haec dicit Dominus*
Per me ad eum, morte morieris enim,
Et non viues. - - -

Eliac. - - - Heu! ergone frustra tot pia
Lacrimae! non iam mitigandus Rector poli!
Nil mouet, quod ambulauerit perfecte vias
Eius ut Dauid? - - -

Isa. - - - Ipsi tales ad superos
Direxit preces. - Frustra tamen.

Ang. - - - Audin fias
Prophetes! - - -

Isa. - - - Quid hoc? - - Dominus! - *adsum* - loquere.

Ang.

Ang. Reuertere, & dic Ezechiae Duci mei
Populi: haec dicit Dominus DEVS. Tuam
Audiui orationem, vidiue lacrimas
Et ecce sanaui te, diebusque tuis
Addam: propter me & David viues, & non ruis.

En! DEI quae clementia,
Qua orbis regit,
Qua pios tegit,
Qua conseruat omnia.
En! si extendat dexteram,
Fit, vt impellat,
Reos percellat,
Vt sic petant veniam.

Isa. Faciam iuxta iussionem. - - Regem petam.

Ezech. Heu! praecisa est velut a texente mea
Vita, dum ordiret. Quaeso! Domine vide
Meam humilitatem & eripe me, ne cadam,
Ne dierum in dimidio ad inferos vadam.

Magnanimus Leo prostratos non laedit
Cum animo sit nobilis:
Vt Dominus horti non furculum caedit
Cum arbor magis vtilis:
Quid conteris ossa, prostratus cum sim
Crescendi quid Domine impedis vim?
Sed quid ita? heu! quo dolor abstulit me meus!
Absit, conquerar contra sensa tua, DEVS!
Peritus vt medicus vrit & scindit.
Vt foeda curet vlcera:
Tellurem vt rusticus arat & findit,
Vt grandia det foenora:
Quid ergo me Domino homo non dem?
Qui vindicat hic, vt beatior stem.

Paratum cor meum **DEVS**. Tu Dominus es,
Et quod bonum in oculis tuis, fac, mihi
Hoc & placitum est. - -

Isa.

- - - - Ita places **DEO**: magis
Qui subordinationem ac *sacrificium*
Vult. Hac vt. olim Job a languoribus suis,
Vt Dauid a furore rebellis filii,
Aliique

Meruisti,
Vt monstraret,
Quod probaret,
Quae petisti,
Vt seruaret
Et sanaret
Commouisti.

Ezech.

- - Quis tu nuntius modo mihi?
Ergo viuam, & non moriar? - -

Isa.

- - - - Viues. Ita
Dominus; vota audiuit salutis cupida.

Hunc ergo venerare
Dextramque osculare
O semper gratus esto.
Vt ruptis vinculis auis
Solue os in iubila,
Laetare, tripudia,
A planctu cessa moesto.
Considera & tene
Petentibus sincere
Quod nihil **DEVS** neget,
Sed omnibus est suavis
Nam in se confidentes
Ex corde poenitentes
Vt pastor ouem teget.

Ezech.

Ezech. Expertus satis prae millibus, cum sim tamen
Indignissimus

Isa. - - - - - Eo teneris & magis
Gratus esse. Memento misericordiae,
Diuinac memento quoque Nemesis;

Ezech. - - - - - Viam
Inambulare quam coepi, nunquam deferam.

Ezech. Pectus totum & amorem
Legi, gregi dedicò
Et de nouo offero.
Nutus DEI ad cruorem
Vsq̄ue promptu exequar,
Scio: bona consequar.

Isa. Viue DEO, viue gregi
Tota sic in saluo res,
Polo & ter charus es.
Numen sic fauebit Regi
Felix, bonus eris Rex,
Bonis abundabit grex.

Isa. Ascendes ergo templum Domini, gratias
Agens Numini, cuncto cum populo - - & viden!
Sponte sua adest.

Eliac. Aue Rex Maxime fias!

Ezech. Salue mihi gens inclita, mentis maxima
Pars salue meae: - scit Dominus solus; queo
Etenim fari minime, quantum gaudeo,
Reliquias virium quod poterim tuae
Impendere vtilitati. - - Quam lubentissimus!

Eliac. Et qui nostra satis explicemus gaudia?
Paucis: totus innat laetitiis animus.

Isa. Vt quid ergo non in applausus soluatur os,
Cum de nouo Tibi quasi in Regem datus est,
Quid congratulari moraris?

Eliac. - - - - - Haecce fuit
Ipsa causa aduentus nostri.

Altacha. - - - - - Et mei non minus
Est. En! & nos habemus Ezechiae tuo
Regi omnibus numeris absolutissimo
PRÆSVLEM per omnia quater simillimum,
Est DEO dilectus & hominibus, amor

Gregis,

Gregis, custos legis, Verbo: *Omnibus omnia* est
IGNATIVS, VIR ISTE, PASTOR ter PROVIDVS
ANTISTES AMPLISSIMVS, VIGILANTISSIMVS
ZELOSISSIMVS, supra aethera notissimus,
Vt in diebus illis Ezechias tuus
Aegrotavit, sic & ISTE hodie nos beat
Rursum desideratissimo aspectu suo,
Hodie, die nobis festa alias diu,
Dum nempe ante annos *bis* senos est primum hodie
In PRAESVLEM datus: - - sane bis felix dies,
Hinc merito iungas vt voces mihi rogitō.
Eia ergo mecum laeto pectore applaudito.

C H O R V S.

Jubilemus, applaudamus
Surgit dum post dira fata
Lux amoena, lux optata.
DEO grates concinamus.
Rogitemus vt beemur
In saecula Tanto PRAESVLE
Ter omnibus amabile
Albos fascēs apprecemur.

V. I. O. G. D.

